Fragmentarium



t ad sapientiam per gramaticam venire possimus. Sed
e q. v. sunt claues sapientie. Prima est timor domini. Secunda
honor magistri. Tercia assiduitas legendi. Quarta
frequens interrogatio. Quinta memoria retinendi. De prima
ait psalmista. Inicium sapientie timor domini. De secunda
ait cato. magistrum metue. De tercia atque quarta ait
oracius. Inter cuncta leges et percontabere doctos. De quinta
ait seneca. Inter humane vite commoda [illegible] me
[S]eptem sunt liberales artes. s. [illegible]
gramatica. dyalectica. rethorica. arismetrica. musica. geometrica
et astronomia siue astrologia. Tres quarum dicuntur
triuium. quia tres vie. quibus ducimur ad eloquentiam;
Alie iiii dicuntur quadriuium. quia iiii vie quibus du
cimur ad sapientiam. Quare omnium gramatica possidet
principatum quod per eius diffinicionem satis patet. que talis est.
[G]ramatica est sciencia recte loquendi recteque scribendi origo
et fundamentum omnium liberalium artium. Partes
gramatice sunt iiii. s. littera. sillaba dictio et oratio. Littera
est minima pars vocis composite. Vel littera est
vox individua que scribi potest.
[L]itterarum. alie sunt. alie consonantes. vocales sunt v. s.
a. e. i. o. u. Cetere sunt consonantes. Consonantium
Alie sunt semiuocales. Alie mute. Semiuocales
sunt sex. s. l. m. n. r. s. x. Mute sunt noue. s. b. c. d. f.
[S]illaba est comprehensio litterarum || g. k. p. q. t.
consequens que sub uno accentu et uno spiritu indistanter
profertur. Vel sillaba est vox litteralis que sub uno accentu
et uno spiritu est prolata. Dictio est minima pars orationis
quantum ad sensum. [O]ratio est ordinata dictionum
congrua perfectio sententiam demonstrans. Vel oratio est comprehensio
|| dictionum aptissime ordinatarum

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_007_1R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4859)